

HVGONIS

# DONELLI IV.

RISCONSULTI IN TI-

tulum De Usuris in Pandectis, & sequentem,

Commentarius, ordine hæc capita

Iuris complectens:

*De usuris, & nautico fœnore: De fructibus, causa & accessionibus: De mora,  
nunc recens auctus & recognitus, si sit. usq. ad pag. 126. exo*

AD MICHAELEM HOSPITALEM: *Autem si sit. usq. ad pag. 126. exo*

Cui nunc accesserunt eiusdem autoris Commentarij in ti-  
tulos Iuris, quos sequens pagina continet.

14675

*quos sequens pag.  
demonstrat.*

*Es de la Libreria  
Maxia y foda  
Olivete de esta  
Compuera et*

*Impressum in  
ua del Colegio de S. Pa  
los S. tos al monte  
Univ. de Salam.  
ano de 1760*



LVGDVNI,  
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.

M. D. LVIII.

Cum privilegio Regis.

*S*

TITVLI COMMENTARIORVM

H. Don. nunc recens editorum, ad clarissimum  
virum Renatum Crispinum, in Britannia  
minore Senatorem.

*De pignoribus, & hypothecis.*

*De aedilitio edicto.*

*De euictione, & dupla stipulatione.*

*De probationibus.*

*De fide instrumentorum.*

*De testibus.*

*Extraict du Priuilege du Roy.*

**P**AR grace & priuilege du Roy, est permis à Guillaume Ro-  
uille, d'imprimer ou faire imprimer, vendre & distribuer,  
*les œures en droit ciuil de M. Hugues Donel, Docteur es*  
*droits, lisant en l'vniuersité de Bourges, nouvellemēt par luy compo-*  
*sees, & defendu à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quel*  
*conques de ce Royaume de non imprimer ne faire imprimer lesdictz*  
*liures deuant le temps & terme de dix ans, sur peine d'amende arbi-*  
*traire & confiscation des liures qu'ils auroient imprimés.*

*Ledit Priuilege a esté donné à saint Germain en Laye le xxix. de Nouembre,*  
*l'an M. D. LVII. signé, De Lomenie, & scélé du grand seau en cire iaune à*  
*simple queuē,*

*Par le Roy, M. Jean Nicot, maistre des requestes de l'hostel, present.*

Es del Colegio de los  
Angeles de  
Salamanca.

# M I C H A E L I

H O S P I T A L I I N A M-

plissima Parisiensi Sacrorum ra-  
tiociniorum præfectura sum-

mo Præsidi Hugo

Donellus

S. D.



*Vm inter eas artes, quibus hac vi-  
ta regitur, unum sit è civili sapien-  
tia Ius civile vel cognitione rerum  
maximum, vel usu, & tractatio-  
ne præstantissimum: idem autem  
maximis difficultatibus, & obscu-  
ritatibus, ut hætenus tempora & hominum studia  
fuerunt, implicitum: cum me penitus à principio eta-  
tis ei studio dedidissim, semper optavi, quæcunque  
mea, aut quantulacunq, industria in re præclara esse  
posset, id mihi Dei beneficio tempus dari, cum in eo  
excolendo, illustrandoque aliquid in commune pro  
mea parte virili conferre possem. Non enim frustra  
à sapiētissimis hominibus ita didiceram, cum omnis  
per se opera laudabilis, & homine digna sit ea, qua  
in aliis inuandis, & meretur tum eorum expetendam,  
& quodam modo beatam existere solere, qui cum se  
honestis studiis, & præclaris tradidissent, in eo genere*

tamen eiusmodi, qua, ut maximè recussem, se ultro  
tua esse dicunt. Sunt enim ab eo profecta, qui se, &  
sua non studia modò, sed cætera omnia tua esse fate-  
atur. Itaque siue tu probabis, siue improbabis,  
tua tamen ista futura sunt eadem lege, qua  
cætera, qua in rebus nostris habentur,

ut si placent, maneant: sin aliter,

ius sit abiicere. Vale, Bi-

turigibus, Calendis

Ianuar. Anno

1556.





## DE VSVRIS.



Nomni obligatione, omniq; per-  
secutione, in qua res aliqua peti-  
tur, non solum res ipsæ versantur,  
de quibus obligatio, aut actio cõ-  
stituta est, sed etiam ipsarũ rerum  
accessiones quædam sunt, de qui-  
bus præstandis agitur. Accessiones nunc vocamus,  
non tantum ea, quæ extrinsecus rei accedunt, vt  
quod per alluionem accrescit, vt vsumfructum,  
qui finitus proprietati adiungitur: sed etiam quæ ad  
rei ipsius, & corporis (de quo principaliter agitur)  
præstationem accedunt, etiam si ex re ipsa nascan-  
tur. Quo in genere hæc sunt, vsura, fructus, ancil-  
læ partus, & quæ causæ appellatione significantur.  
De quibus in Pandectis titulus est propositus, qui  
De vsuris inscribitur. In quo prætereà id accessit, vt  
De mora tractaretur: propterea quòd istarum re-  
rum præstatio vt plurimum ex mora nascitur. Sic i-  
gitur inscribitur, De vsuris, & fructibus, & causis, &  
omnibus accessionibus, & mora. Earũ rerum omni-  
um vsus, atque utilitas cum in omni actione, atque  
omni iudicio latissimè pateat, soleatq; his de rebus  
vel maximè dubitari, parum autem illa comperta  
habeantur, quæ de iis iure Ciuili prodita sunt: rē me  
non ingratam, nō inutilem certè studiosis omnibus  
iuris facturum esse putavi, si quæ de his mihi hæcte-